per eandem Dorotheam in Anno Millmo Sexcentesimo Sexagesimo Primo feria secunda in Vigilia festi Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum eidem in sexa sexagen Polon obligatorio modo inscript eorundem bonorum cunctas utilitates et attinen utrique lateri contingen eius inserviens Liberam administrationem eiusd Dorotheae nemine tam in bonis quam hic circa Acta impugnante intromisit investivit et in pacificam possessionem contulit.

Włoszek Debitum.

Coram Officio et Actis praesentibus Castren Capitan Posnanien pli comparentes Generosus Joannes Albrecht Kralow Gladifer Terrae Bielsen et Generosus Reinholdus Wladislaus Kralow fratres germani sani mente et corpore existentes palam publice ac libere recognoverunt et quilibet eorum pro se et pro interesse recognovit. Quia Generoso Stanislao Włoszek et in eventu mortis illius legitimis successoribus tenentur sunt debiti certi veri et liquidi debiti mutualis pecuniae summam Mille Ducentorum Florenorum Polon. Quam quidem summam suprascripti recognoscen submittunt ac se de omnibus bonis cum successoribus suis inscribunt memorato Creditori pro sue eius posteris hinc pro festo Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxime futuro parata pecunia solvere realiter et defacto dare et restituere aut circa Acta Officii praesentis deponere et relinquere repositam et relictam rursus ad se ab eodem officio non recipere nec modo quovis arestare aut efficere sub Vadio simili aliorum Mille Ducentorum Florenorum Polon in defectu solutionis pro tempore praefixo ad solvendum succumbendo. Et Coram officio praesenti Castren Posnanien in primis citationis Termino peremptorio responsione ac reali et effectiva satisfactione omnibus in universum iuris remediis et defensis legalibus impedimentis etiam de iure concessibilibus se et suos successores abdicando et abrenunciando sub amissione sua totius et integrae causae.

G. Zelski Notarii T. B. Quietatio.

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Posnanien pli comparens Generosus Nicolaus Karzneski sanus mente et corpore existens palam publice ac libere recognovit. Quia Generosum Christophorum a Czale Zelski Notarium Terrestrem Bielsen de recognitione certa Manuali Coram Actis authenticis Vadio Duorum Millium et Centum Florenorum Polon firmata et roborata ob praestitam sibi sufficientem satisfactionem quietat emittit et liberum facit ac eam recognitionem cassat et roboramentum annihilat.

G. Skiwski Notarii B. Quietatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitan Posnanien pli comparens Generosus Hieronimus Korycki Rotmagister Districtus Bielsen sanus mente

et